VITA BEATI HARTMANNI EPISCOPI (BRIXINENSIS)

Neustift, Wende 12./13. Jh. Seite 22r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35466
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

In monasterio Pawmburgen Salzburgen dyoc ordinis sancti Augustini canonicorum regularium sic scriptum invenitur

22.



In nomine sancte et individue trinitatis et in honore sancte Marie perpetue virginis et sancte Margarethe virginis et martiris omnique celestium virtutum consecrata est hec ecclesia anno dominice incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo sexto indictione iiii quarto ydus julii sub imperio Friderici cesaris Marchione Engelberto et uxore eius Maechthhilde eiusdem ecclesie advocato et sub patre venerabili Gottesthalco eiusdem ecclesie fabricatore et preposito dedicata autem est ecclesia a pyssimo Salzburgen ecclesie archiepiscopo Eberhardo et a duobus suffraganeis eius Ratisponen videlicet episcopo Hartwico et a patre sanctissimo Brixinen ecclesie Hartmanno etc

Consecrata est Seccoiuen ecclesia a venerabili in xpo patre et domino Hartmanno Brixinen Episcopo circa annos domini M° c° xl° Et fundata ab baldaramo valde in genue nobilitatis viro qui postea factus est conversus in eadem ecclesia Et dedicatio eiusdem ecclesie ibidem celebratur proxima dominica post Natiuitatem Marie que est patrona eiusdem ecclesie

Pro vite spacio necnon pro fine beato
Excludunt rabiem dicti sancti simul omnem
Carceris angore membrorum quemque dolore
Sompnia cultorum conducunt nempe suorum
Ad statum pacis hominum presunt quia sompnis
Xpm querenti quorum modo quemlibet omni
Ex propria volo re spaliter insinuare
De Jacob genitus Joseph fertur fore primus
Quem proprii nummis ter denis ismahelitis
Fratres vendebant et in egiptum tribuebant
Accidit illud ob id quod eis per sompnia dixit
Se fieri dominum germanorum propriorum
Contigit hoc certe genesis ceu pandit aperte